

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
ab Ad-||uentu vsque ad Festum Pascæ in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN DIE S. NICOLAI EPISCOPI, EVANGELIVM. Lucae. 12.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150424

IN DIE S. NICOLAI

EPISCOPI, EVANGELIVM.

Lucæ. 12.

^{12.} **S** Int lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenierit vigilantes. Amen dico vobis quod præcingeret se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenierit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq; , & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis venier.

EODEM DIE EPISTO.

1a. Ecclesiast. 44.

E Noch placuit Deo, & translatus est in paradysum, vt det gentibus sapientiam. Noe inuentus est perfectus & iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Ideo dimissum est reliquum terræ, cū factum est diluvium. Testamēta seculi posita sunt apud illū, ne deleri possit diluvio omnis caro. Abraham magnus pater multitudinis gentiū, & non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruauit legē excelsi, & fuit in testamento cum illo. In carne eius stare fecit testamētum, &

b 2

in

in tentatione inuētus est fidelis. Ideo iureiurādo dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terrā cumulum, & vt stellas exaltare semen eius, & hereditare illos à mari vsque ad mare, & à flumine, vsque ad terminos terræ. Et Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus, & testamentū suū confirmauit super caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit hereditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim.

SERMO PRIMVS.

Ioan. i.

Ecce verus Israëlita, in quo dolus non est. Vetus & vſitatissimū prouerbiū est. Haud difficile excusa-
ueris, quod inuitus feceris. Re ipsa cōperimus apud nonnullos hoc prouerbiū locum habere Christianos: qui, in quācūq; rem licitā imò necessariā, allicere conaris, semper quod excusent inueniunt: nullam profecto aliam ob causam, quā quod nō afficiantur ad pietatem nullo religionis mouentur affectu: eaq; propter semper habent, quod responsent. Adhortaris eos, vt bene agāt? statim audis: Nō tu nobis Euangelicus concionator, sed operum legislator es: quasi nihil aliud prædicandū resset inter credentes, quā quia Christus venerit, pro nobis satisfecerit, oīa nobis, qui qualesque simus, largiatur. Si sanctorū proposueris vitā, austeritatis & pœnitētiæ plenam, obijciūt nō esse Euangeliū, dictis eiusmodi credere cogi posse neminē. Credere & negare nobis perinde est. Si ipsorū Apostolorū vitā exēplāq; adduxeris: Putāne, inquiūt, nobis Apostolica præſto est perfectio. Quod si veteris instrumēti patres qui sub lege fuere recesseris, valeat lex iamdudū (inquiunt) abolita. Euacuata est, ab ea liberati sumus. Exēpla eorum qui ante legem fuerunt indicas? nec hoc placet: Vetustatē olet. Excusant semper, quærunťq; diuerticula: placet nihil quo possint ad pietatem instrui. Sed quis rerū finis? quis effectus? Omnis pietatis in Ecclesia defunctis, oīs iniquitatis quotidianus succēssus. Et hoc quibusdā piē Christianeq; viuere eff

Hoc

Hoc tamen persuasum sit cuiq; Christiano: non solū Christum & Euangeliū, verumetiā totā scripturā docere secus, secus credidisse, secus vixisse, cuiusq; temporis Dei filios. Huius ergo euidentissimū exemplū in S. Nicolao habemus, quē ita sua Deus imbuit repleuitq; gratia, vt videatur mihi peculiare in illo toto Christiano orbi exemplū voluisse proponere. Ita planē vt si nulla etiā superesset scriptura, in vno illo Nicolao tū quid faciendum, liceret animaduvertere. Atq; vtinā non minus eius vitæ sequeremur exemplū, quam omnes ferē vitæ modum habemus cognitum. Verē vtiq; de eo, quod Christus de Nathanaēle, dici potest: Ecce verus Israëlita, in quo dolus nō est. Et quod de Mose dictum est: Dilectus Deo & hoibus, cuius memoria in benedictione est. Et quid amplius, quid honorificētius de vilo mortaliū dici potest? Vtrumq; in S. Nicolao cōspicimus. Verus Israëlita fuit non secundū carnē vel literā, sed secundū spiritū in veritate, sine dolo, eoq; Deo hominibusq; dilectus. Pueritiā cū Patriarcha Iacob habuit nō ab simile: simplex, innocens, rectus, nō ad malum procliuus. A parentibus ad omnē pietatē non impiē educatur, quibus hoc vnum in votis erat, vt filiū quē diuina benedictione genuerāt, nō hēreditatis corporalis modō, verumetiā spiritualis, hoc est virtutū & pietatis haberēt & possessore & imitatore. Quorū haud dubiē exaudiuit Dñs preces. Nec frustrarentur etiamnū nostri parētes votis suis, si similia à Deo precarentur liberis.

Ioan. 1.
Eccle. 45

Gene. 35.

Hebr. 11.

Exod. 2.

Matth. 6.

Luce. 14.

Luce. 2.

Iam verò in virili ætate Nicolaus alter nobis factus est Moses, hoc est, sanctus, timoratus, seruus Dei, amator boni, compatiens, cōtempitor temporalium. Sicut enim Moses fecit, eligens malis affici simul cum populo Dei, quā tēporarijs peccati cōmodis frui, maiores arbitratu diuitias probrū Christi, quā Aegyptiorū thesauros (Respectū enim habebat remunerationis) Sic & Nicolaus. Defuncto vtroq; parēte anxie cogitabat, qua via diuitiarum laqueis expeditus posset liber effugere. Sciebat em̄, neminē posse dominis simul inservire duobus. Sciebat dixisse Christū: Qui nō renūciauerit oibus ijs, quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Nec ignorabat, nō sine causā diuitias à Christo spinis, à Paulo laqueis,

1.Tim.6. laqueis,& ab Abacuc luto comparatas esse. Proinde ple
Abac.2. no affectu ad Deum,nunquam interitura bona quærens,
conuertitur,pauperibus clementi manu,sine ambitione,
sine retributiones humana, temporaria dispensat. In E-
piscopali suo munere sine inuidia cõparari potest Simo-
ni Oniæ filio,de quo sapiens in hæc verba scribit: Ecce
sacerdos magnus qui in diebus suis suffulsi domum,&
in vita sua corroborauit tẽplum: qui curauit gẽtem sua,
& liberauit eam à perditione. Nec hoc solum, sed &:

Eccl. 50.

quasi stella matutina in medio nebulæ,& quasi luna ple-
na in diebus suis: Quasi sol refulgens in domo Dei,&c.
Huic se similem reddere exẽplo Nicolaus studuit,maxi-
mẽ Episcopus factus.Nam cum primum à Deo nec sine
miraculo ad eam dignitatem & officium electus esset:
sic vixit, vt bonus odor veræ pietatis & sanctitatis, non
modo in omnes nationes statim exiret,verumetiam non
longẽ pòst,totum Christianum orbem impleret.

Hinc ergo videre est, & ex ipsa adeò pueritia & pri-
ma etate Nicolai colligi potest,quẽ virtutes iuuenes re-
ctẽ deceanth,omines ornẽt:nempe,castitas,innocentia,
simplicitas,modestia,pudor,obedientia,fuga mali,ardor
amorq; boni &c.His ineuntis etatis ornatur pueri,qui-
bus(malum)in nostris pueris nihil rarius. Imò his con-
traria vbique apud omnes obuia: impuritas,libido,leui-
tas,procacitas,malignitas,insolentia,inobediẽtia,in om-
ne malum procliuitas,in omne bonum nausea,& deniq;
quicquid eius generis zizanix succrescentis est, ex quo
certẽ nihil boni sperare licet.

Videmus præterea ex huius S. Nicolai etate virili,
quẽ virtutes viros deceant:fides sibi per omnia constas,
spes erecta in Deum,vera & perfecta charitas,religionis
zelus,assidua & deuota precatio,in inopes prõpra libera-
litas, patientia in afflictionibus,& in his omnibus,pro-
funda & perseverans mentis humilitas. Et hæc veræ vir-
tutes proficientium, hæc ornamenta perfectorum sunt:
sed non minus hæc rara sunt apud vulgus hominum,

Matt.24. quàm quæ supra recensuimus in adolescentibus. Alger
Osee. 4. apud nos omnis charitas, abundauit iniquitas. Hei, ni-
mis verẽ prophetia Osee, imò querela in nostra infæ-
licissima tempora cõpetit:Non est,inquit,veritas,& nõ
est

est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium, & homicidium & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et quid boni hinc sperabimus?

Tertio in Episcopali munere S. Nicolai, quæ ornamēta Euangelici & Christiani pastoris sint, sine difficultate colligimus: Mentis in Deum exultatio, cura, sollicitudo in commissas oues, labor in promouendo verbi Dei negotio, compatiētia in pauperes, & oppressos, pertinax in lupos constantia, sanctitas & grauitas vitæ. Et hæc quoque Episcopi virtutes, quas omnes & plenas in hoc nostro Nicolao comperimus. Primum ergo est, quod hodie nobis considerandum proponitur, nempe, quales olim Ecclesia habuerit pastores & rectores. Nā quæadmodum peculiaris quædam diuini amoris significatio fuit in Israël, q̄ nō Tyrannum, non propriæ rei studiosum hominē ipsi Deus prefecerit, sed Moſen iustum, qui oīū vtilitati, Deiq; honoribus studeret, adeo vt scripturæ testimonio illi tribuatur, non fuisse inuentum similem eius, antē nec post, antesignanū in tota illa ex Aegypto emigratione: sic quoq; magnum argumētum, quod piissimus pater Ecclesiæ suæ iam tum ab initio tales tāque pios pastores dederit. Sint licet rarissimi hoc nostro tempore, in exordio tamē videbantur, qui rē religionis pro affectu pio promouebāt. Quin præposito Moſe Israëlitis, multos imō infinitos habuisse Ecclesiā enumerare licet, qui non modo legis Mosaicæ, sed multo magis spiritu Christi imbuti fuere. Et quō Christus Ecclesiam suam, quā ita dilexit, vt sese pro ea in mortem daret, hac parte desereret, præsertim cū multis retro seculis promiserat se secundū cor suum pastores daturū esse? Habebat Israëlita in Moſe virū iustū egregiū, sed in successione non est inuentus similis illi: quin multi eum mali & impij, paucissimi recti sequebantur. Verumenimvero apud Christianos nos per longā successione habebamus episcopos iustos, quorum maxima pars sanguinē pro Christi gloria fundere nō dubitaret: quemadmodū in S. Nicolao videre est, qui circiter trecentesiμū post Christi natalem annū venerat, quo tēpore & alij sanctissimi fuerunt apostoli vt in Niceno Cōcilio clarissimē videmus.

Deut. 34.

Ephe. 5.

Hiere. 30.

- Nec hodie corū laboramus penuria : obierint licet corpore, viuunt tamen exemplis, scriptis, memoria . Nihil ergo quod excusamus est reliquum . Quod si pietatem in nostri seculi Episcopis desideras, antiquorū memoriā repete, ijsq; in recōpensam vtire . In hoc verò elaboremus, vt ardentius sequamur, quā suos Israël. Habes S. Nicolaum , in quo quod desideres nō est. Vides optimū puerū, Christianū grauē, sanctum & pium Episcopū, vt meritō cum D. Paulo oēs nos & hodie inuitare posset:
- 1. Cor. 4.** Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quisquis igitur suam vitā examinet, scrutetur cōscientiam suam, cōsideret si vnquam illum zelum ostenderet: inueniemus certē omnes nos adhuc in primis hærere elementis. Vt quid ergo assiduē gloriamur : quod mundus nunquam & modo Christū agnouerit, cū tamē minimē vel vita, vel mores respondeāt? Quid igitur agnitio proderit sine imitatione? Nōne scriptura ait: Qui nouerit rectē facere nec facit, hic peccato tenetur? Nōne & Christus dicit: Seruus sciens voluntatē Dñi, non tamen eam facit, vapulabit plagis multis? Et iterum: Non omnis qui dicit Domine domine, intrabit in in regnū ccelorum: sed qui facit voluntatem Dei. Sed dico, nōne patres nostri æquē atq; nos magna de Christo loqui potuerunt? Attamen maior illis sequendi Christum ardor quā nobis. Vtrunq; ecce in Nicolao nostro videmus: sequamur eum. Ecce enim verus Israëlita, in quo dolus non est . Gratia Domini nobiscum, Amen.

SECUNDVS SERMO.

Quomodo honorificetur Deus, & quomodo suos glorificet Deus.

- 1. Reg. 1.** Vicunq; honorificauerit me, honorificabo eum, quondam per prophetam Heli Deus dixit. Solent ideo Sanctorum exempla quā maxime proponi, vt per ipsos, inque ipsis quid sit Deus, quid à nobis postulet, quid ab illo sperandum sit, discamus . Quāquam aut hęc omnia in Sacra scriptura nobis infinuantur satis apertē & clarē: exempla tamen iuxta ponuntur, vt non solum audiamus, verumetiam videamus, quid Deus operetur in bonis simul & malis hominibus. Sic in Abraham, in Isaac, in Iacob, Mose, Dauide & alijs, quid

quid fidelis facere, quid à Deo debeat expectare. Contra in Cain, in Pharone, Saulo, Iuda, alijsque, quæ malorum à Deo merita. Id quod in ea quoque sententia cogitandum proponitur, quam initio recitavi: Quicumque honorificauerit me, honorificabo eum, dicit dominus: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hæc ipse dominus Deus loquutus, propterea infallibilia. Quæ omnia in vno hoc nostro Nicolao, cuius hodie festum peragimus si nulla alia nobis proponeretur exempla, satis euidenter & clarè vera esse comperiemus. Primum, quod ut in alijs omnibus, sic in his quoque, verax sit Deus. Deinde Deum à nobis velle honorari. Tertio quod contra suos honoret ministros. Quicumque honorificauerit me, inquit, glorificabo eum.

Ex hoc igitur videmus primum, verum honorem à Deo esse: propria enim laus sordet, ut Christus ait: Si ego Ioan. 8. glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Et Paulus: Qui 2. Co. 10. seipsum commendat, ille probatus non est, sed quæ Deus Prou. 27. commendat, Et sapiens: Laudent te alieni & non os tuum Gal. 6. à seipsa enim malitia fallitur. Qui videtur sibi aliquid 1. Ioan. 1. esse, inquit Paulus, cum sit in veritate nihil, seipsum fallit. Et Ioannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quin nec propria solum laus nihil est, verum etiam mundi huius vana & incerta gloria est. quoniam nemo scit, quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui est in homine, & Deus præcipue, qui etiã corda renesque perscrutatur hominũ. Quem verò Deus commendat, honorificatus est: quem ille confundit, confusus est. Propterea & David orabat: O dñe in te speraui, non confundar. Quid enim homo, ut vel addat quid gloriæ magnificentiæ tuæ, vel derogat? Tu solus verè dicere potes: Ego glorificabo.

Psal. 7.

Psal. 30.

Sed consideremus appendicem: Honorificantes me, ego glorificabo. Non promittit Deus se omnes homines glorificaturum esse, sed se honorificantes. Et qui sunt hijs aut quid est honorificare Deum? Hoc circa cardo rei vertitur. Iudæi arbitrabantur, si sabbathum ceterosque festos dies statutis temporibus obseruarent: si edicto legis hostias & holocausta offerrent: satis factum diuinis honoribus abunde. Sed non ille verus Dei cultus, non ille quæ

Isai. 1.

Deus requirit honos est. Quin nec voluit se coli hisce honoribus. Quò mihi multitudinē victimarū vestrarū, dicit Dominus. Plenus sum. Olocusta arietū, & adipem pinguū, & sanguinē vitulorū & agnorū, & hircorū nolui: incēsum abominatio mihi est. Neomenia & sabbathū, & festiuitates alias nō ferā. Iniqui sunt cœtus vestri: Calēdas vestras & solēnitates odiunt aīa mea: Manus em̄ vestre sanguine plene sunt. Alij videbātur sibi pulchrē diuinis honorib⁹ insistere, si assidui in tēplo laudes Deo labijs canerēt. Sed nec hoc diuino placuit aspectui: Populus hic, inquit, labijs me honorat, cor aut̄ eorū lōgē est à me. Frustra ergo me colūt. Vt em̄ exteri in actu Deus mi nimē coli vult, sic nec verborū strepitu honorari debet. Alij, q̄ sēse ieiunijs assiduis macerēt, placere Deo (interim nihil meliores facti interno hoīe) putabāt. Sed & hoc reprobauit. Nunqd tale est ieiuniū qd elegi: p̄ diē affligere hominē animā suam? Ecce in diē ieiunij inuenitur voluntas vestra, & oēs debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & cōtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiē. Nec nostrum hoc præsens seculū ab eiusmodi hominibus liberū est, qui Dei cultum in solo ritu externo ponūt. Fallūtur indubiē. Spiritus est Deus, & eos q̄ venerāt & adorāt eū, in spiritu & veritate oportet adorare.

Isai. 9.

Isai. 58.

Ioan. 4.

Quæris ergo quis sit verus cultus Dei? Externo id te docebo exemplo. Nunquid si principi tuo assurgis, si caput nudas, si genua curuas, satisfactum eius honoribus arbitraris? Minimē. Non principis ille honos, sed tuus est. Quisquis enim id faciētem te conspexerit, collaudat te. Ecce, inquit, hominem obediētem, suāq; sibi conditionis cognitū. Contrā, si non eum honorē Magistratui tuo impēdis, cuius id sit dedecore? principis ne an tuo? Certē tuo. Nihil enim ex te in hoc derogatur principi, at de te clamitant omnes: Ecce hominē suberbū suūq; erga Magistratū inflatum. Quām suæ conditionis immemor. Quām debita obedientiæ oblitus. Tibi ergo non principi derogas. At quis verus Magistratuum honos? Primū si bonus, verus, iustus, misericors & benignus erga subditos: si stat promissis, si suo officio fungitur. Secūdo, si hæc omnia in illo cognita sunt, si credūtur, si prædicatur de eo: Hic verus honos principis est. Quod si cō-

trarium

trarium feceris, si malè de principe tuo sentis & loqueris, cùm sit optimus, vel non malus, iam inhonorasti & iniuria affecisti illum. Contrà, si hæc non sunt in principe, quæ certè debent, si verè hæc de Magistratu dici nequeunt: ingens profectò & summum dedecus est.

Hinc videmus quis verus Magistratû honos. Ac mirum, quosdam potentes ita stultos, ita cæcos esse, vt putent, satisfactû esse suis honoribus, si assurgatur, si caput nudetur, si genu flectatur, etsi oēs propter tyrannidē & iniustitiā malè de se sentiat, inuideat, maledicant, imprecentur dira. Sed hæc missa facio, & ad institutum redeo.

Superiore ex solo posito, existimo colligi posse, quæ verus Dei cultus. Non enim ille in hoc consistit, vt dictum est, vt prædicetur, illiq; immoletur, vt ad appellationē nominis sui caput nudetur, genuaq; in terrā vsque incuruentur: sed hic genuinus cultus est, quod optimus, iustissimus, veracissimus, omnipotens, benignissimus est. Quicumq; ergo hæc in ipso credit, fidet, & sperat, atq; ea fiducia eius opē imploraturus accedit, hic verè Deū honorificauit. De hoc honore Christus ait: Pater, ego te clarificaui super terram. Quomodo? Nomen tuum, hoc est, bonitatem, veritatem, misericordiam, omnipotentiam tuam manifestavi hominibus.

Hic verus & præcipuus Dei cultus est, cui innititur quicquid aliàs Deo externi honoris impèditur. Qui enim hæc de Deo sentit & credit quod optimus, iustissimus, misericors sit, verax sit: haud dubiè amabit eū vt pijsimū Deū, timebit vt iustissimū, ei credet vt veracissimo, obedit vt omnipotenti. De hoc ergo honore loquitur Deus, vbi ait: Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum. 1. Reg. 3.

Ad hunc ipsum modū S. Nicolaus noster Deū coluit & honorificauit, id quod tota vitæ ipsi historia indicat. Quod semper præclare magna de Deo senserit, magna huius causâ peregerit. Consideret quicumq; volet vitæ ordinē huius viri, inueniet & quomodo ipse Deū, & qua ratione rursus ipsum Deum honorificauerit & glorificauerit. Ac de hoc posteriore videamus, quomodo Deus lōgè aliter suos glorificat, quā hic mūdus suos ministros exaltat. Neque enim secus potest exaltare suos mundus, quā vt transeuntia, possessiones, honores, autorita-

tem,

tem, gaudia, voluptates, & id genus alia conferat. Nec e-
Gene. 4. nim præstantius quid habet. Hoc modo Pharaö Ioseph,
Hester. 1. Asluerus Mardocheum, Balthasar Danielelem exaltaue-
6.8. runt. Pij verò isthæc omnia nõ honores æstimat, sed o-
Dan. 5. nera & grauamina: quemadmodum nec per se veri ho-
 nores sunt, quod plurimum in iniquos cadant. Non est
 honos, quo homines nõ redduntur meliores. Et quod ge-
 nus honoris est, extrinsecus auro gemmisque ornari, in-
 tus verò corpus multis morbis obnoxium, adhæc animâ
 habere peccatis sordidam? Quis honos, assurgat tibi nu-
 datus capitibus licet omnes, ac in animo pro iniustitiæ
 tuæ merito imprecantur omnia mala.

Deus verò lógè alio modo suos glorificat, imò & ve-
 ra bona largitur, insuper & nomen suumque cum ipsis
 honorem communicat. Et quid magnificētius, quid ex-
 cellentius, quid præclarius, quàm habere nomen hono-
 remque Dei? Hoc verò nomen honosque Dei, quòd so-
 lus bonus, verax, sapiens, fortis, & omnipotens sit, eaque
 omnia summè & maximè. Hunc etiâ suis impertitur ho-
 norem. Primùm, quia se bonum credunt, & confitètur:
 credentes bonos, iustosque facit: nõ in hypocrisis, sed in
 veritate: non solum foris coram hominibus, verum etiâ
 intus coram Deo. At certum, naturam nostram per pec-
 catum corruptam esse: ita planè, vt omnes nostræ cogi-
 tationes ipsique adeò sensus in malum ab infantia proni
Gene. 6. sint. Vnde Sacre scripturę innumera fere testimonia, sem-
 per magni fuisse negotij, in ipsis etiam sanctis, quousq;
 vitiatam naturam cupiditatesque in sese mortificarent,
 et ob id vehementi ardore inenarrabilibusq; gemitibus
 deo supplicauisse. Vt Dauid: Cor mundū crea in me de-
 us, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et ite-
 rum: Inclina Domine, cor meum in testimonia tua, &
 non in avaritiam. Quid præstantius naturæ nostræ ob-
 tinget, quã vt reddatur melior? Tolle quicquid magnū
 habet & admiratur mūdus, vni id omne conser hominī:
 gloriosior & honoratior tamen erit is, qui innocentia, iu-
 stitia, probitate & sanctitate ornatus est. Hunc ergo ho-
 norem suis largitur Deus. Aufert ab illis peccatum, largi-
 tur spiritum, per quem renouantur & iustificantur. Mun-
Osce. 2. dus foris suos honoribus vestit. Sed Deus minatur per
 Pro-

Prophetam, quodd huiusmodi homines hisce honoribus expoliare velit, spoliatosque nudos ut in die natiuitatis statuere. Non ergo verus ornatus, quē non seruare possumus, quem in mortis hora relinquere oportet. Quid iuat paruo tempore corā mūdo honoribus cumulātē ornātū esse, ac coram Dei aspectu nudū apparere? verē ornatus est, qui probitate, iustitia & sanctitate imbutus est. Hæc solus Deus largiri cum potest semper, semper cōfert suis. Bonus. n. est, & omnibus bene facit. Seruos suos bonos reddit, ut boni per se, omnibus bene cupiant.

Secundo. Et sapiens Deus est: imò ipse Sapiētia est, quæ falli nequit, & quā nemo corripit. Et hæc quoque; sapientiam suis cōfert. Ut Christus ait: Confiteor tibi pater, quodd hæc abscondisti a sapiētibus, & reuelasti ea paruulis. Et iterū: Paracletus ducet vos in omnem veritatē. Ioan. 14. Et in Psalmsa nostro: Intellectum tibi dabo & instrua- Pfal. 31. re in via hac, quæ gradieris: firmabo sup te oculos meos. At quis doctior, quis sapientior illo, quem Dominus erudit, suamque sapientiam communicat? Beati, inquit Christus, oculi, quæ vident quæ vos videtis. Cōtrā quæ sudant, qui laborant, & tantum non sese excruciant mundi huius filij, ut sapientes, prudentes, doctiue euadant, nihil præter nudū nomen referētes? Verā sapiētiā ne quidem attingūt: imò in spiritualibus & diuinis cæci planē, in omnem lapidem offendunt ut corruant. At pius quisque intra se suum doctore habet, qui nō permittit cadere. Nobis, inquit Paulus, Deus reuelauit per spiritū suū (sapiētiā puta) quā nemo principū seculi huius nouit. Et hæc quidem secundus hōnos quo Deus suos glorificat. Reddit sapientes & doctos, non simulatione, sed vere. Tertiò, in hoc quoque hōnos nomenq; Dei cōsistit, quodd fortis, & omnipotens est: ita planē, ut eius potestati resistat nemo, cui nihil impossibile. Et hanc etiam fortitudinem suis largitur, reddens eos fortiores ad perferenda imminētia quæque; pericula. Ut Paulus ait: Quotidie morti tradimur. Verū in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos. Et iterum: Malē audientes, benedicimus: persecutionem patientes, sustinemus. Et: Laboramus & sustinemus, sed non in desperationem inducimur, persecutionem patimur, sed nō desolamur: morti addi-

Matth. 11.

Ioan. 14.

Pfal. 31.

Luc. 10.

1. Cor. 2.

Rom. 8.

1. Cor. 4.

2. Cor. 4.

addi-

- addicimur, sed nō perimus. Sic Deus suos fortes, & in omne bonū paratos facit, vt in Paulo videmus: Plus omnibus laborauit: nō autem ego, sed gratia Dei mecū. Et: Oīa possum in eo qui me corroborat. Tertiō, fortiores suos reddit Deus cōtra peccatū, mortē & Satanā. Ecce, do vobis, ait Christus, potestātē calcēdi super serpentes, & scorpiones, & super omnē virtutē inimici, & nihil vobis nocebit. Et Paulus: Benedictus Deus, qui dedit nobis victoriam contra peccatū & mortem per dominū Iesum Christum. Quarto, eam quoq; Deus suis fortitudinem largitur, vt seipsum Deum teneant. Sic Iacob angelum tenuit, vt diceret: Dimitte me, quoniam aurora surgit. At Iacob contrā: Non dimittā te, nisi benedixeris mihi. Sic Moyses Deum tenuit, vt diceret: Dimitte me vt ostendā iram meam in populum istum. Sic Abraham Deum retinuit, vt tandem promitteret: Si decē in Sodoma iusti inuenti fuerint, parcam eis. Ecce piē credentis fortitudinē qui sua oratione Deum obtinere possit. Qui me honorificauerit, glorificabo eum.
- Quinto. Nō solū fortes, sed et omnipotētes Deus suos facit. Vt Christus ait: Oīa possibilia credēti. Qui credit in me, opera quę ego facio, et ipse faciet, & maiora horū faciet. Et: Si habueritis fidē, dicetis huic mōti: Tollere, & mittere in mare, fiet. Et hoc quicquid est, lōgo experimēto didicimus confirmatū. Moyses percussit mare virga quā in manu tenebat: diuisum est mare, et Israhēli sicum transitū prębuit. Loquutus est Iosue, & stetit sol in firmamēto, quousq; hostiū copias occideret oēs. Locutus est Helias, & cecidit ignis. Helizeus natare fecit ferrū su per aquas. Aliāq; his similia recēset Scriptura: quibus omnibus cōsiderare licet, q̄ sint verē credētes fortes et potentes. Omnia (inquit Paulus) possum in eo qui me corroborat. Et quid collata ad hęc hominū valet potestas? Quā optarēt mūdi huius filij pretio cōparare eā potestatem. Sed Dei donū est, quōd pecunia non venit. Simon Magus hanc potestatem, hoc donum nitebatur pecunia suam facere, sed Petri maledictione repellitur.
- Et quid multa. Honorificantibus se Deus non hęc modō bona sua: sapientiam, veritatem, iustitiam & fortitudinem largitur, verumetiam semet ipsi impendit: se se patrem,

patrem, protectorem, conservatorem, redemptorem
& salvatorem offert. Et quid hoc optabilius? Quid to-
tius huius mundi honos erga hanc gloriam, quam Deus
tribuit? Quam miseri ergo nos, quā deplorandi, quā in-
felices sumus, qui tantum humanam citoque perituram
gloriam venamur: veram, quam Deus donat gloriā ne-
gligimus. Honorificavit Nicolaus noster Deum: hono-
rificavit, inquam, fide spe, charitate, obedientia, obseruan-
tia mandatorum eius, omnisque pietatis: corde ore &
opere, anima & corpore, & quicquid suum possidebat.
Eaque propter ipsum quoque Deus glorificavit, dedit
illi iustitiam suā, manifestavit illi sapientiam suā, virtutē
pariter, potentiam suā contulit illi, ut non solum posset
bene agere, aduersaque sustinere, verumetiam miracula e-
dere, ut legenti eius vitæ historiam apertum est. Venerem-
ur, & honorificemus ergo & nos Deū secundū S. Ni-
colai nostri exēplum, ut vnā cū ipso hic & alibi, in sem-
piternū glorificemur. Gratia Domini nobiscum, Amē.

IN DIE CONCEPTIO- NIS MARIAE EVANGELIVM Matthæi 1.

Liber generationis Iesu Christi filij Da-
uid, filij Abrahā. Abrahā autē genuit Isa-
ac. Isaac autē genuit Iacob. Iacob autē
genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem ge-
nuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autē
genuit Esrom. Esrom autē genuit Aram. Aram
autē genuit Aminadab. Aminadab autem ge-
nuit Naafon. Naafon autem genuit Salmon.
Salmon autem genuit Booz de Rachab. Booz
autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem ge-
nuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regē. Da-
uid autem rex genuit Salomonem, ex ea quæ
fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam.
Robo-